

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XXIX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

Aruptionem habitus, qui est circa Deum.

¶ QVANTVM ad tertium dico, q̄ proximus est quilibet, cuius amicitia est grata dilectio, scilicet ab eo diligitur. non enim debeo summe dilectum a me velle diligi ab aliquo, cuius dilectio non est sibi grata, & a quo non vult diligi. quia igitur certum est beatorum dilectionem esse Deo gratam, absolute debeo velle ipsum ab eis diligi, & quia de quocunque viatore signato est dubium, debeo hoc sibi velle ex conditione, scilicet si placet ei ab eo diligi, vel q̄n placet ei ab eo diligi, circa viatores autem in communi, quia semper supponendum est esse aliquos sibi gratos, potest haberi absolute actus volendi Deum ab eis diligi.

¶ AD PRIMVM argumen- tum patet, quomodo hic est vnū obiectum tantum. ¶ Et cū probatur q̄ sit alia ratio bonitatis in Deo, & in proximo, dico q̄ ratio bonitatis proximi non est ratio terminandi actum, sed tantum ratio bonitatis diuine, quia si in bonitatem proximi tēdat, hoc non est nisi actu reflexo, qui semper vterius tendit in obiectum actus recti, sicut prius dictum est. ¶ Ad secundum patet per idem, quia hæc virtus habet pro obiecto quietatio tantum Deum, tamen pro obiecto proximo in actu reflexo pōt habere aliquid creatum, & ita forte visio in patria poterit habere pro obiecto aliquid creatum, non tamen sistendo ibi, sed vterius tendendo in Deum. ¶ Ad tertium dico, q̄ per habitum principij tenditur in principium secundum propriam veritatem, quā

habet exterminis, & per habitū conclusionis tenditur in conclusionem, secundum propriam veritatem eius, quā hēt ex terminis aliā veritate principij. non sic in pposito, sed tū est vna bonitas, quā est ratio tendendi. nō enim mouet me plus bonitas proximi, quā festuca, si festuca posset Deum diligere. si enim perfecte diligo eum, volo eum diligi ab omni potente diligere eum ordinate, cuius dilectio ei placet, nec est generaliter simile in obiectis intellectus, & ostensis, & in obiectis voluntatis * al-
a. l. affectiui.

POST PRÆDICTA &c.

DISTIN. XXIX.

QVÆSTIO VNICA. D

Utrum quilibet teneatur maxime diligere se post Deum.



IRCA istam vigesimam nonam distine. in qua magister agit de ordine diligendi ex charitate, queritur vnum. Vtrū quilibet teneatur maxime diligere se post Deum. Quod nō. 9. Eth. Quæst. 1. vituperatur amator sui. & multa ibi de hoc.

¶ Præterea. Grego. in Homil. super illud. Luc. Misit illos binos. Nemo ad seipsum proprie charitatem habere dicitur, sed dilectio in alterum tendit, vt charitas dici possit. ¶ Contra, mensura est perfectior mensura to, sed dilectio sui est mensura dilectionis proximi. Iuxta illud Mat. Diliges proximum tuum, sicut teipsum.

EX

A EX DICTIS in quaestio-
 19. q. 2. ne precedere patet solutio huius
 quaestiois. Charitas. n. ex hoc,
 q. est principium tendendi in
 Deum actu directo est princi-
 pium reflectendi super actus il-
 los quibus tenditur in Deū. &
 in hoc sicut dictum est ibi, est
 principium volendi cuilibet po-
 tenti diligere Deum, q. diligit
 ipsum. inter omnes autē actus
 eiusdē rōnis rēdentes in Deum
 charitas est principium immedia-
 te reflectendi super actū, quem
 elicit habēs charitatē, quo ten-
 dit, & diligit Deū. igit post Deū
 immediatissime vult quis ex cha-
 ritate se diligere illud, quo ten-
 dit in Deum. s. se diligere Deū,
 & hoc volendo diligit se, quia
 diligit sibi bonum iustitiae. igit
 tur immediate post Deum tene-
 tur se diligere ex charitate. Hoc
 confirmatur, quia pensatis ratio-
 nibus bonitatis, & unitatis quae
 sunt rōnes diligibilis post Deū,
 qui est bonū infinitum in quo
 est perfectissima ratio bonita-
 tis occurrit in seipso alia ratio
 maxima. s. unitatis, quae est perfe-
 cta identitas. igitur quilibet
 inclinatur naturaliter ad dilectio-
 nem suam post bonum infinitum.
 inclinatio autem naturalis est
 recta.

AD PRIMVM argumen-
 tum dico, quod philosophus ex-
 ponit se ibi, quomodo viturabi-
 le est esse immoderatum ama-
 torem sui, non autem modera-
 tum. ¶ Ad secundum dico, quod
 omnis diligens se ex charitate
 diligit se in ordine ad bonum
 infinitum, quia diligit sibi actum il-
 lum, vel habitum, quo tendit in
 illud bonum, & in hac dilectio-
 ne tendit in alterū, quia in Deū,
 tanquam in principalem obiectū

actus, & tñ ad se habet charitatē, C
 licet non vt ad obiectum finale,
 sed proximum ordinatum ad
 obiectum vltimum, quod est ab
 eo distinctum.

HIC SOLET QVARI &c.

DIST. XXX.

QVÆSTIO VNICA.

Utrum necesse sit ex charitate dilige-
 re inimicum.



CIRCA istam. 30.
 distin. in qua ma-
 gister agit de cha-
 ritate quantum ad
 perfectionem me-
 riti, quaritur vnum. Utrum ne-
 cesse sit ex charitate diligere ini-
 micum. Quod non. Luc. 10. Pha-
 risæo interroganti. Quis est me-
 us proximus? Respondit Christus.
 Qui fecit misericordiam cum il-
 lo, videtur ergo determinasse q.
 solus ille habendus est prox-
 mus, qui talia facit. sed inimi-
 cus non facit talia. ergo. ¶ Præ-
 terea. 3. Regum 7. super illud.
 Fecit quoque mare. Glo. decē
 præceptis in lege dominus om-
 nia quae facere debemus expre-
 sit, sed ibi non est aliquod præ-
 ceptum de diligendo inimicū.
 ¶ Præterea Luce. 6. Glo. quare.
 & Aug. super illud Psalmi Re-
 uela oculos meos. Et Matth. 5. et
 Audistis, quia dictum est anti-
 quis. Odio habebis inimicum
 tuum. Sed moralia præcepta ma-
 nent eadem in noua lege, quae
 in veteri. igitur manet hoc no-
 ua lege.

¶ Præterea. 2. Thimi. in contra-
 rijs tenet conſequentia in ſeipſo. et
 ſis. igitur ſi amicus eſt diligendus.